



**Processus Juridicus contra sagas & veneficos, Das ist:
Rechtlicher Proceß/ Wie man gegen Unholdten vnd
Zauberische Personen verfahren soll**

Goehausen, Hermann

Rintelii ad Visurgium, 1630

XX. An Iudex promptior & facilius debeat esse ad torturam in criminibus
atrocioribus & occultis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64982](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64982)

QUÆSTIO XX.

An Iudex promptior & facilior debeat
esse ad torturam in criminibus atro-
cioribus & occul-
tis?

DE hac re ne quidem dubitandum ef-
se putat Delrio. *libr. 5. in append. 2. quest. 22. in fine.* quin in criminib. istis ju-
dex animosior & facilius venire possit ad
torturam, maximè in crimine veneficii
quod delictum est *occultum*, nempe stri-
ges & Sagæ occultè agunt, conveniunt
de nocte & in locis desertis ac hinc est dif-
ficilis probationis, & insuper *atrox*, male-
ficum enim crimen omnia scelestia con-
tinet, quo jus divinum & humanum pro-
phanatur, & pervertitur, Apostasia, Sa-
cilegium, Blasphemia, conjuratio cum
Diabolo, Idololatria, Antropophagia,
Sodomia, incestus, peccatum contra na-
turam cum spiritualibus creaturis, parricidia,
sepulchrorum violatio & cætera
penè alia, ut Bodinus ait. *lib. 4. de Dæmon.*

cap.

cap. 4. quocirca in hoc crimine & aliis gra-
vioribus iudices promptiores esse debent
ad torquendum; Atq; hanc esse commu-
nem Criminalistarum sententiam dicit
Clarus § *fin. quest. 64. n. 6. ibiq; Baiard. n.*
19. idem defendit Bossius in tit. de indic. n.
172. & 195. & unanimiter sic responde-
runt interrogati Dd. Ingolstadienses Theo-
logi & Jurisperiti, etiamq; Bononienses &
Friburgenses, attestante Delrio. d. quest. 22.
in fine.

Et ita quoq; hanc quaestionem resol-
verunt *Dd. Patavini apud M. Anton. Pe-*
perrinum d. consil. de Sagis. 2. n. 94. & multis
seqq. ubi multos alios allegant, ac hoc et-
iam inquirunt statuuntq; , nimirum in
hisce quoque criminibus exceptis ad tor-
quendum leviora sufficere indicia; quo posito
certe sequitur iudicem in his ad torque-
dum promptiorem & faciliorem esse de-
bere; Quod vero leviora admittantur in-
dicia, inde confirmant, quia in his crimi-
nibus magis expedit Reipubl. leviora ad-
mitti indicia, cum sint, ut dixi, occultiora
& difficilioris probationis crimina, &
digniora

184 *Qu. XX. An Iudex in crim. exceptis*
digniora quæ citius & gravius punian-
tur: apparet itaq; utriusque quæsitæ hanc
rationem dari, quod crimina excepta
& præsertim veneficii, sint occultiora &
atrociora, & ex ea utrumque inferri, tam
quod leviora indicia sufficiant, quam
quod ideò iudices ad torquendum faci-
liores esse possint; alterum ab altero con-
sequitur, atque hinc idem de indicis le-
vioribus admittendis responderunt præ-
citati Dd. *Ingolstadienses & Friburgenses* si-
militer attestante Delrio *d. app. 2. quest.*
20. & etiam *Patavini* apud Peregrinum
d. consil. 2. n. 97. & plurimis seqq. ubi sic con-
cludere communiter auctores affirmant,
quos & copiosè allegant, Confer Farina-
cium *in quest. crim. 37. n. 150.*

Quando verò quæritur & affirmatur
leviora indicia sufficere ad torturam in
exceptis, non hoc dicitur, quasi liceat ex
non legitimis & insufficientibus indicis
procedere, sed an indicia leviora in his
criminibus sufficientia censeantur, & *le-
via* hic vocantur non secundum se aut
absolutè loquendo, sed quæ comparativè
leu

seu relative, respectu eorum quæ in criminibus non exceptis requiruntur, levior videantur, & idcirco comparatione istorum sunt leviora, quam in his requisita: non verò quæ sint leviora seu minus sufficientia, quam jus aut natura criminis requirat; quomodo hoc bene explicat & admonet Delrio. *d. quest. 20.* atque sic loquendi modo probè explicato, in re ipsa fortassis non tanta erit dissensio, etenim facile omnes concedent non eodem modo in criminibus exceptis, quæ atrocissima sunt, & non exceptis, quæ respectu exceptorum leviora crimina sunt, procedendum esse, sed prout licet iudicibus in illis atrocissimis severius quam in his animadvertere, ita etiã animosius ad torturam procedere: Sane in utriusque criminibus ad torturam sufficit iudici habere indicia ex quibus fortiter opinetur denunciatum esse reum, nemo verò negabit posse iudicem facilius id opinari in exceptis quàm in non exceptis, quia, quod sæpè diximus, crimina illa solent esse occultiora. Et ergò in atrocissimis & exceptis

tis

186 *Qu. XX. An iudex in crim. exceptis*
tis indicia leviora possunt sufficiency cen-
teri, & consequenter iudex in his ad tor-
turam promptior esse.

Utrumque hoc sicuti iam antè osten-
dimus *communiter* & ferme *unanimitè* te-
nuerunt ac responderunt Criminalistæ,
quibus uti me non oppono, ita velim iis
ea conjungi, quæ *in quest. preced. 13.* dixi,
nimirum notabilem esse differentiam *in-*
ter probabilia legitima indicia, & probabilia
minus legitima indicia, atque hæc duplicia
esse, aut probabilia sed minus legitima;
aut nec probabilia neq; legitima, ideoq;
propriè illegitimorum indiciorum no-
mine digna, utpote quæ nec ad capturam
quicquam efficaciz habet, qualia ab hoc
quæsito & semper alibi excludimus. Qui
verò indicia probabilia minus legitima
in considerationem venire non debere,
ideò velit adstruere, quod *in Constitut. Ca-*
rolina delictorum singulorū, etiam ipsius
Magiz art. 44. certa indicia, & quidem
nō nisi probabilia legitima, expressa sint,
næ ille erraverit quis enim nescit illud
Ulpiani, leges nō posse ita scribi, ut omnes
casus

casus qui quandoq; inciderint comprehendant, & ideò illum qui jurisdictioni præest, interpretatione ad similia procedere. *L. 10. de LL.* quis etiam negaverit si iudex habeat causas suspicandi reum esse culpabilem, adeoq; quidem adsint indicia probabilia sed minus legitima, atque ita non satis idonea ad torturam, tunc reum saltem posse terreri verbis, & vultu, & torturæ comminatione. Vid. Farinac. *d. quest. crim. 37. n. 101. 102. & 103.* Boss. *d. tit. de indic. n. 24.*

Debent ergò, ut concludamus, etiam in exceptis semper adesse indicia sufficientia ad torturam, tamen in comparatione aliorum criminum non exceptorum, leviora sint, verum quæ sunt ista indicia leviora sufficientia? Et rectè advertunt ex Bartolo Dd. Patavini apud Peregrinum *d. consil. 2. n. 102. & seqq.* certam de his doctrinam tradi non posse, & ideo iudicem posse arbitrari quæ sibi censeat sufficere, inquit Menoch. *de arbitrar. cas. 270. n. 3. & cas. 474. n. 1. & n. 47. plenissime*

188 Q. XX. An jud. in crim. exc. facil. ad tor.
finè hac de re videbis eundem Menoch.
lib. i. de præsumt. q. 44. n. 9. ubi posuit 43. in-
dicia ad torturam idonea. Delrium. lib. 5.
disquisit. sect. 3. & 4. ubi de his indiciis co-
piosè agit. Farinacium lib. 1. de indic. &
tort. quest. 37. adde Peregrinum d. consil. 2.
n. 103. & seqq. qui plures auctores laudant.
ad quos me refero, & FINIO.

Salvo Ecclesie, Piorum Theologorum
ac Saniorum Jureconsultorum
judicio.

F I N I S.

Coll. Societ. Jesu. Paderb.
1662.